

pars exercitus tui. quam ab hoste submoveris, secuta durabit. Ad similitudinem autem A, literæ, vel libellæ fabricilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur. Quod si te prior adversarius hoc fecerit, quos post aciem supernumerarios diximus debere poni, tam equites, quam pedites ad sinistram tuam colliges cornu, & sic adversario resistes magnis viribus, ne arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secundæ: sed in hoc deterior, quod a sinistro cornu tuo cum illius incipis dextero confluere. Nam quasi mancus impetus est eorum, & aperta cum difficultate agrediuntur hostes, qui in sinistro dimicant. Quod apertius ut sit, explanabo. Si quando aliamquam similitudinem tam longe habueris meliorem, cum ea fortissimos equites, peditesque conjunge, & in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram, & quantum potes, adversarii dextram partem pellere, & circum e festina. Tu autem aliam partem, in qua deteriores bellatores habere te nosti, a sinistra illius longissime separa, ne vel gladiis invadatur, vel ad eam tela perveniant. In hoc genere cavendum est, ne inimicorum cuneis transverbera tua acies elidatur. Hoc autem modo, uno casu utiliter pugnabitur, si adversarius infirmius dextrum cornu habuerit, & tu longè fortius sinistrum. Quarta depugnatio talis est: Cum ordinaveris aciem, ante quadringentos vel quingentos passus, quam ad hostem pervenias, non sperante eo, subito ambas alas tuas incitare te convenit, ut ex utroque cornu improvisos hostes veras in fugam, & celerius victoriam consequaris. Sed hoc genus certaminis licet cito foret, si exercitatus, fortissimosque produxerit, tamen periculosum est, quia mediam aciem suam, qui se dimicant, nudare compellitur, & in duas partes exercitum separare. Esti primo impetu victus non fuerit inimicus, habet postea occasionem, qua invadat & divisa cornua, & mediam aciem destitutam. Quinta depugnatio est quartæ similis. Sed hoc unum amplius habet, quod levem armaturam, & sagittarios ante mediam aciem ponit, ut illis resistibus non possit irrumpi. Nam sic de dextero cornu suo, illius sinistrum: & de sinistro cornu suo, illius dextrum aggreditur. Quod si fugare poterit, statim vincit: sin minus, media acies illius non laborat, quia a levi armatura, sagittariisque defenditur. Sexta depugnatio optima est, prope similis secundæ, qua utuntur, qui de numero suorum, & de virtute desunt. Et si bene ordinaverint, quamvis cum paucioribus, sæpe victoriam consequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedit, dextram alam tuam sinistræ alæ hostium iunge, & ibi per equites probatissimos, & velocissimos pedes incipe prælium. Reliquam autem partem exercitus tui, longissime à dextra parte adversariorum remove, & in directum porriges, quasi verum. Nam si partem sinistram illis, & a lateribus, & a tergo cæperis cedere, sine dubio vertes in fugam. Adversarius autem nec de dextra parte sua, nec de media acie potest suis laborantibus subvenire, quia acies tua extenditur, & totam se porrigit ad similitudinem L, literæ, longissimeque recedit ab hostibus. Quo genere in itineribus sæpe conflagit. Septima depugnatio est, quæ loci beneficio adjuvat dimicantem. In hac quoque, & cum paucioribus, & cum minus fortibus poteris adversarium sustinere, si montem, aut mare, aut flumen, aut lacum, aut civitatem, aut paludes, aut abrupta in una parte habeas, ex qua hostis non possit accedere, & reliquum exercitum tuum directæ acie ordines. Sed in illa ala, quæ munitionem non habet, omnes equites, & ferentarios ponas. Tunc securus pro tuo arbitrio cum hoste confliges, quia ab una parte loci natura te munit, & ab alia duplex propè ponitur equitatus. Illud tamen observandum est, quod nihil melius invenitur, ut sine dextero cornu tuo pugnare volueris, ibi fortissimos ponas: sine sinistro, ibi strenuissimos colloques: sine in medio cuneos facere volueris, per quos acies hostium rumpas, in cuneos exercitatus ordines bellatores. Victoria enim per paucos fieri cõsuevit. Tantum est, ut electi à duce sapientissimo, in his locis, in quibus ratio, & utilitas postulat, ordinentur. Vegetius c. 20. de re mil. Viam abscedendi hostibus dandam, ut deleantur facilius fugientes.

Plerique rei militaris signari pleniorum victoriam credunt, si adversarius, aut locorum angustias, aut armorum multitudinem circumdeserint, ut aditum non inveniunt abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit commori, qui sine dubio scit se esse mortuum. Ideoque Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus, qua fugiant, esse munendam. Nam cum abscedendi aditu patet factio, mentes omnium ad præbenda terga consenserunt, multi more pecudum trucidantur. Nec insequentium ullum periculum est, cum victi (quibus defendi

poterant) arma converterint in fugam. Hoc genere quanto major fuerit exercitus, tanto facilius multitudine profuerit. Neque enim ibi requirendus est numerus, ubi animus semel territus, non tam tela hostium cupit declinare, quam vultum. Cæterum clausi, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipso tamen sunt hostibus parat, quia desperantes sciunt aliud ibi licere non posse. Nam

*Una salus victis, nullam sperare salutem.* Cap. 21. Idem

**PRÆLIUM DECLINATIO PRUTENSIUM.**

Digestis omnibus, quæ ratio militaris experimentis, & arte servavit, unum superest docere, quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinæ bellicæ, & exemplorum periti nullam majus periculum imminere testantur. Qui enim ante congressum recedit ex acie, & suis fiduciam minuit, & inimicis addit audaciam. Verum quia hoc sapias necesse est evenire, quibus modis tuto possit fieri, declarandum est. Primum ut tui nesciant, idèò te recedere, quia declinas inire consilium; sed credant arte aliqua idèò se revocari, ut ad opportuniorem locum inviter hostes, ac facilius superentur: aut certe insequentibus adversarii secretiores collocentur insidia. Nam necesse est, ad fugam parati fieri, qui dumcum sentium fecerit. Illud quoque vitandum est, ne hostes te recedere fectant, & statim irruant. Propterea plerique ante pedes, equites posuerunt, ut discurrentes adversarios videre non sinerent, quando pedes abscedebant. Item articulationi incipientes à primis singulis acie subducebant, & retroque revocabant, in gradu suo manentibus reliquis: quos sensum postea, cessante ad illos jungebant, quos subduxerant. Aliquantum primum exploratis itineribus, noctu cum exercitu recedebat: ut hostes die orto, cum intellexissent, non possent comprehendere præcedentes. Præterea levis armatura præmittitur ad colles, sub quos subito tuto revocaretur exercitus: & si hostes insequi voluissent, a levi armatura, que ante occupaverat locum, additis equibus fundebantur. Nihil enim periculosius existimatur, quam si inconfulto insequentibus, ab his qui in subsecula fuerint, vel ante superaverint, obviantur. Hoc tempus est, quo oportuno collocantur insidia, quia adversus fugientes major audacia, & minor cura est. Necessario autem amplior securitas grativæ solet habere discrimen. Imperatius, cibum capientibus, in itinere lassos, equos suos patientibus, ac nihil tale suspicantibus superventus assolent fieri. Quod & nobis vitandum est, & hosti in ejusmodi occasionebus pernicies inferenda. Hoc enim casu oppressis nec virtus potest, nec multitudine prodesse: quia qui in acie publica vincitur pugna, licet ibi ars plurimum proficit, tamen ad defensionem suam potest accusare fortunam. Qui vero superventus, & insidias subsecula persequitur, talis fraus ita fieri consuevit. Recto itinere pauci equites cõsequuntur, valida manus occulte per alia mittitur loca: ubi ad agmen inimicorum pervenerint equites, tentant leviter, atque discedunt. Illi credunt quidquid insidiarum fuerit, præcriste, & sine cura resoluntur in negligentiam. Tunc illa manus, quæ secreto itinere destinata fuerat superveniens opprimat ignorantes. Multi cum ab hoste discedunt, si per silvas iruti sunt, præmittunt, qui angusta, vel abrupta loca explorent, ne ibidem patiantur insidias. Est rursus post se præcis arboribus vias claudunt, quas compedes vocant, ut adversarii facultatem adimant persequendi, & penè utriusque parti in itinere ad subseculas communis occasio est. Nam qui præcedit, oportunitatis vallibus, vel silvosis montibus, quasi post se relinquat insidias, in quas cum incidit inimicus, recurrit ipse, & adjuvat suos. Qui vero sequitur adversis semitis, longè ante destinat expeditos, ut præcedentem adversarium arceat transitu, decerpuntque à fronte, & a tergo concludat. Dormientibus noctu adversariis, & qui præcessit, potest regredi, & qui sequitur, quantumvis interit, potest supervenire pro fraudem. In transfretatione fluviorum, qui præcedit, illam partem tentat opprimere, quæ prima transierit, dum reliqui alveo separantur. Qui autem festinato itinere sequitur, illos, qui nondum poterunt transire, conturbat. Veget. Cap. 22.

**TYRONUM INSTRUCTIO, ET EXERCITATIO.**

*Dum à prælio inuendo deterritur.*

Omnes artes, omniaque opera quotidianò usua, & jugi exercitatione proficiunt. Quod si in parvis verum est, quanto magis decet in maximis custodiri? Quis autè dubitat, arte bellicæ rebus omnibus esse potiorum, per quæ libertas retinetur, & dignitas provincie propagatur, & conservatur imperium? Hanc quondam relictis doctis omnibus Lacedæmonii, postea colere Romani. Hanc solâ hodieque Barbari putant esse servandam.

Cætera

Cætera omnia aut in hac arte consistere, aut per hanc assequi se posse confidunt. Hæc dimicaturus est necessaria, per quam vitam retineant, & victoriam consequantur. Dux ergo, cui tanta potestatis insignia tribuuntur, cuius fidei, atque virtutis possessorum fortuna, tuta urbium, salus militum, & Republicæ creditur gloria, non tantum pro universo exercitu, sed etiam pro singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid enim illi eveniat in bello, & ipsius culpa, & publica videtur injuria. Ad transitum fluviorum, ad defectum exercitum dicit, singularum legionum five auxiliorum, nec non etiam vexillationum viros, animos, consuetudinem diligenter exploret. Sciat etiam (si potest fieri) nominatum quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis, quantum possit in bello, autoritatemque maximam severitate sumat, omnes culpas militares legibus vindicet, nulli errantium credatur ignoscere, in diversis locis, ex diversis occasioibus omnium experientia præcipiat. His (ut oportet) curatis, cum dispersi ad prædandum securi oberrant hostes, tunc probatos equites vel pedes cum tryonibus, aut inferioribus mittat, ut ex occasione, suis inimicis, & illis periculis, & reliquis creata adacta. Ad transitum fluviorum, ad præcipit montium, ad sylvarum angustias, ad paludum & viarum difficultates, superventus nullo scientie disponat, atque iter suum ita temperet, ut aut cibum capientes, aut dormientes aut vacantes certè, securos, imermes, discalcios, distractis equis, nihil suspicantes ipse paratus invadat, quatenus in hujusmodi certaminibus sui fiduciam colligant. Nam qui ante longum tempus, aut omnino nunquam videre homines vulnerari, vel occidi, cum primam aspexerint, perhorrescunt: & pavore confusi, de fuga magis quam de consilio incipiunt cogitare. Præterea si excurrant adversarii, longo itinere fatigatos aggrediantur, & ultimos, vel certè imperatos superveniat. Eos etiam, qui longè à suis aut pabuli, aut prædæ gratia commorantur, subito occupet cum delectis. Illa enim ante tentanda sunt, quæ si male cesserint, minus nocent: si bene, plurimum proficiunt. Inter hostes discordiarum serere causas sapientis est ducis. Nulla enim, quamvis minima natio, potest ab adversariis perdesse, nisi propriis similitudinibus seipsa consumpserit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem est præcepit, ad utilitatem suæ defensionis incautum. Unum illud in hoc opere prædicandum est, ut nemo desperet se posse perire facta sunt. Dicit aliquis. Multi funt anni, quibus nullus fossa, vel aggere, valloque mansurum circumdat exercitum. Respondentibus, si fuisset ista cautela, nihil noverunt, aut diutius superventus hostium nocere potuissent. Persæ imitantem Romanos, dum dis hostis castra constituunt: & quia arenosa sunt propè omnia, faccos, quos inanes portaverant, ex pulverulentia (quæ effoditur) terra comant, eorumque cumulo aggerem faciunt. Omnes barbari carris suis in orbem connexis ad similitudinem castrorum, securas à superventibus exigunt noctes. Veretur ne discere nequeamus, quæ à nobis alii didicerunt? Hæc ex libris dicenda, quæ usu antea servabantur, sed omnia diu nemo quæsit: quia vigentibus pacis officiis, procul aberat bellorum necessitas. Sed ne impossibile videatur disciplinam cuius usus interdicti, reparari, doceamur exemplis. Apud veteres res militaris in oblivionem sapientis venit, sed à libris repetita est, postea ducum autoritate firmata. Scipio Africanus sub aliis Imperatoribus Hispanienfes exercitus frequenter victos accepit: hos disciplinæ regula custodita, omni opere, fossisque faciendis ita diligenter exercuit, ut diceret sordentes luto inquinari debere, qui sanguine hostium madere nolissent. Cum ipsis denique Numantinos fide capta civitate, concremavit, ut nullus evaserit. Metellus in Africa, Albino imperante, subjugatum accepit exercitum, quem ita emendavit veteribus institutis, & disciplinæ majorum, ut potest eos, à quibus sub pugni missi fuerant, superarent. Cymbri quoque Cæpionis, & Manili, & Syllani legiones inter Galias deleverunt, quarum reliquias cum C. Marius suscepisset, ita eruditiv scientiæ, & arte pugnandi, ut innumerabilem multitudinem non solum Cymbrorum, sed etiam Teutonum, & Umbrorum publico Marte deleret. Facilius autem est ad virtutem novos instruere quam revocare præteritos. Flavius Vegetius cap. 10. lib. 3. rei militaris.

**PRÆLIUM, PUGNÆ TEMPUS.**

Publius Scipio in Hispania, cum compertisset Hasdubralem Ponorum Ducem exercitu jejuno mane processisse in aciem, continuè in horam septimam suos, quibus præceperat, ut quiescerent, & cibum caperent, cumque hostes, inedia, siti, mora sub armis fatigati, repetere castra cepissent, subito copias eduxit, & commisso prælio, vicit.

L. B. Theat. vii. Human. Tom. VI.

Metellus Pius in Hispania adversus Herculejum, cum ille oriente protinus die instructam aciem vallo ejus admovisset, E servidissimo tunc tempore anni, intra castra suos continuit, in horam diei sextam, atque ita fatigatos astitit, facile integris, & recentibus vicit suorum viribus.

Idem junctis cum Pompejo castris adversus Sertorium in Hispania, cum sæpe instruxisset aciem, hoste, qui imparem se duobus credebat, pugnam detrectante: quodam deinde tempore, cum Sertorianos milites animadvertisset magno impetu insinctos, depolcentes pugnam, humerosque exercentes, & lanceas vibrantes, existimavit ardori cedendum in tempore, recepitque exercitum, & Pompejo idem faciendi author fuit.

Posthumus Cof. in Sicilia, cum castra ejus à Punicis trium millium passuum spatio distarent, & dictatores Carthagenensium quotidie ante ipsa munimenta Romanorum dirigerent aciem, exigua manu levibus assidue præliis pro vallo resistebat: quam consuetudinem contentemte jam Panno, reliquis omnibus per quietem intra vallum præparatis ex more pristino, cum paucis sustinuit incursum adversariorum, ac solito diutius detinuit, quibus fatigatis, post sextam horam, & jam se recipientibus, cum & inedia quoque laborarent, per recentes suos, hostem quem prædicta profligaverant incommoda, fugavit.

Iphicrates Atheniensis, quia exploraverat, eodem assidue tempore hostes cibum capere, maturius veluti suos iussit, & eduxit in aciem, aggressisque hostem ita detinuit, ut ei nec conflagendi, nec abeundi daret facultatem. Inclinato deinde jam die reduxit suos, & mililominus in armis retinuit: fatigati hostes non statione magis, quam inedia, statim ad corporis curam, & cibum capiendum festinaverunt: Iphicrates tursus eduxit, & incompositi hostis aggressus est castra.

Idem cum adversus Lacedæmonios pluribus diebus castra cominus haberet, & utraque pars certis temporibus assidue pabulatum, signatumque procederet quodam die militum habitu, servos, laxaque dimisit ad munera, milites retinuit, & cum hostes dispersi viderent ad similia munera, expugnavit castra eorum inermesque cum fascibus passim ad tumultum recurrentes facile aut cecidit, aut cepit.

Verginius Cof. in Volsis, cum procurere hostes effusus ex longinquo vidisset, quiescere suos, ac desina tenere pila iussit. Tunc anhelatos, integris viribus exercitus sui aggressus avertit.

Fabius Maximus, non ignarus Gallos, & Samites primo impetu prævalere, suorum autem insatigabiles spiritus, inter moras decertandi etiam incallescere, imperavit militibus, ut contenti essent primo congressu sustinere, ut hostem mora fatigaret: quod ubi successit, admo etiam subsidio suis, in prima acie universis viribus oppressum fudit hostem.

Philippus ad Cheronæam, memor sibi esse militem longo usu duratum, Atheniensibus aciem quidem, sed exercitum tantum violentum, ex industria prælium traxit: moxque languentibus jam Atheniensibus, concitatus intulit signa, & ipsos cecidit.

Lacedæmonii certiores ab exploratoribus facti, Messenios in cam exarsisse rabiem, ut in prælium cum conjugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

C. Caesar bello civili cum exercitu Afranii, & Patreii circumvallatum, siti angeter, isque ob hoc exasperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, contumuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quod adversarios & ira, & desperatione incenderat.

C. Pompejus fugientem Mithridatem cupiens ad prælium compellere, elegit tempus dimicationi nocturnum, ut abeunti se opponeret: atque ita præparatus, subiam hostibus necessitatem decernendi iniecit. Præterea sic constituit aciem, ut Ponticorum quidem oculos adversa luna perstringeret, suis autem illustrem, & conspicuum præberet hostem.

Jugurtham autem constar memorem virtutis Romanorum semper inclinato die committere prælia solitum, ut si fugeretur sui, opportunitatem noctem haberent ad delatendum.

Lucullus adversus Mithridatem, & Tigranem, in Armenia majore apud Tigranoceram, cum ipse non amplius quindecim milia armorum haberet, hostis autem innumerablem multitudinem, eoque ipso inhabilem, usis hoc ejus incommodo, nondum ordinatum hostium aciem invasis, atque ita protinus dissipavit, ut ipsi quoque Reges abjectis insignibus fugerent.

C. Tiberius Nero adversus Panmonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim die processissent, continuè suos, passusque est hostem nebula, & imbribus, qui forte illo die et ceteri



erant, verberari, ac demum ut festum stando, & pluvia non A solum animo, sed & lassitudine defecere animadvertit, signo dato, adortus, superaverit.

C. Cæsar in Gallia, quia compererat Ariovisto Germanorum Regi institutum, & quasi legem militibus non pugnandi decreverat Luna, tum potissimum acie commissa impeditos religionis hostes vicit.

D. Augustus Vespasianus, Judæos Saturni die, quo eis nefas est quidquam feræ rei agere, adortus superavit.

Lysander Lacedæmonius, adversus Athenienses, apud Egopotum, instituit certo tempore infestare naves Athenensium, deinde revocare classem, qua re in consuetudinem perducta, cum Athenienses post digressum ejus ad contrahendas copias dispergerentur, extendit ex consuetudine classem, & recepit. Tum hostium maxima parte ex more dilapla, reliquos adortus, occidit, & universas naves cepit. Front. l. 2. Strat. cap. 1.

PRÆLII LOCUS.

Idem Marcus Curius, quia phalangis Regis Pyrrhi expli- B cata resisti non posse animadvertit, dedit operam, ut in angustius confingeret, ubi conferta sibi ipse est impedimento.

C. Pompejus in Cappadocia elegit locum castris editum, unde adjuvante proclivio impetum militum, facile ipso decursu Mithridatem superavit.

C. Cæsar adversus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus, in colle instruxit aciem, quæ res expeditam ei fecit victoriam. Nam pila ex edito in subcunctis barbaros emissa, protinus eos averterunt.

Lucullus adversus Mithridatem, & Tygranem, in Armenia majore, apud Tygranocertam dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum equitum parte adeptus, in subiectos hostes decurrit, & equitum eorum ad latere invasit, aversumque, & eorundem partem pedum perturbantem insequutus, clarissimam victoriam tulit.

Ventidius adversus Parthos non ante militem eduxit, quam illi quingentis non amplius passibus abessent, atque ita procurfione sabita adeo se admovit, ut fugatas, quibus ex longinquo usus est cominus applicitus eluderet: quo confilio, quia quandam fiducia etiam speciem ostentaverat, ce- C leriter barbaros debellavit.

Hannibal apud Numisironem contra Marcellum pugnatu- raturus, cavas, & præruptas vias objecit ad uterque loci natura pro munimentis usus, clarissimum Ducem vicit.

Idem apud Cannas, cum comperisset Vulturum amnem, ultra reliquorum naturam fluminis ingentes auras mane perflare, quæ arenarum & pulveris vertices agerent, sic direxit aciem, ut tota vis à tergo suis, Romanis in ora, & oculis incidere: quibus incommodis mire hosti adversantibus, illam memorabilem adeptus est victoriam.

Marius adversus Cymbros, ac Theutonos constituta die pugnatu- rum firmatum cibo militem ante castra collocavit, ut per aliquantum spatii, quo adversarii dirimebantur, exercituum eorum deinde incommodum aliud objecit, ita ordinata suorum acie, & adverso sole, & vento, & pulvere barbarorum occuparetur exercitus.

Cleomenes Lacedæmonius adversus Hippium Athenien- sem, qui equitatu prævalebat, planiciem, in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedit, & in viam equi fecit.

D Iberi in Africa ingenti hostium multitudine excepti, timen- tesque ne circumirentur, applicaverunt se fluminis, quod altis in ea regione ripis profluebat: qui ita à tergo amne defensi, & subinde cum virtute præstarent, incurfando in proximos, omnem hostium exercitum straverunt.

Xantippus Lacedæmonius sola loci commutatione, fortunam Punicæ belli convertit: nam cum desperantibus jam Carthagenensibus mercede sollicitatus, animadvertisset, Aphros quidem, qui Equitatu, & Elephantis præstabant col- les sectari: à Romanis autem, quorum robur in peditibus erat, campes tria teneri, Pænos in plana deduxit, ubi per elephantos, dissipatis ordinibus Romanorum, sparsos milites per Numidas percutit, eorum exercitum fudit: in illam diem terra, marique victorem.

Epanimondas Dux Thebanorum, adversus Lacedæmonios directurus aciem, pro fronte ejus decurrere equitibus jussit, cum ingentem pulverem oculis hostium objecisset, expectationemque equitris certaminis prætidisset, circumducto pedite ab ea parte, ex qua decursus in adversam hostium aciem ferebat inopinantium terga adortus occidit.

Lacedæmonii trecenti contra innumerabilem multitudinem

Perfarum Thermopilas occupaverunt, quarum angustia non amplius, quam parem numerum cominus pugnatu- rum, poterant admittere: eaque ratione quantum ad congressus facultatem, æquati numero barbarorum, virtute autem præstantes, magnam eorum partem occidit: nec superati forent, nisi per proditorem Ephyaltem Trachiniam circumductus hostis à tergo eos opprellisset.

Themistocles Dux Atheniensium, cum videret utilissi- mum Græciæ adversus multitudinem Xerxis navium in angustis Salaminis decertare, idque persuadere civibus non posset, solertia effecit, ut à barbaris, ad utilitates suas Gregi compellerentur: simulata namque prodicione, misit ad Xerxem, qui indicaret, populares suos de fuga cogitare, difficilioremque rem ei futurum, si singulas civitates obfidi- one aggrediretur. Qua ratione effecit, ut exercitus Barba- rorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione cus- todia est: deinde, ut sui manente integris viribus, cum di- ctis barbaris vigilia marcentibus confingerent, loco ut vo- luerat arcto, in quo Xerxes multitudo, qua præstabat, uti non posset. Idem lib. 2. Strat. cap. 2.

Vide locum de Prudentia. Certamina prudentum.

PRÆLII SENSUS, PROCRASTINATIO.

Pete nonnulla ex Loca de Cunctatione.

Q. Sertorius, quod experimento didicerat, imparem se universo Romano exercitu, ut barbaros quoque inconsulte pugnam exposcentes doceret, adductis in conspectum duobus equis, altero prevalido, altero admodum exili, duos admovit juvenes similiter affectos, robustum, & gracilem: ac robustior imperavit, equo exili universam caudam abrumperet: gracili autem, valentiorum per singulos pilos vellere: cumque gracilis fecisset, quod imperatum erat, validissimum cum in infirmi equi cauda sine effectu luctetur: Jam inquit Sertorius, naturam Romanorum cohortium per hoc vobis exemplum ostendi milites, insuperabiles sunt univer- sas aggredientibus: eisdem lacerabit, & carpet, qui per partes attentaverit.

Idem cum videret suos pugna signum inconsulte flagitan- tes, crederetque rupturos imperium, nisi congrederentur, permisit turmæ equitum ad lacerandos hostes ire, laboranti- que submisit alias, & sic recepit omnes, tutisque, & sine no- xa ostendit, quis ex utroque flagitatum pugnam mansisset: ob- sequenti similia inde eis usus est.

Agellus Lacedæmonius, cum adversus Thebanos castra super ripam posuisset, multoque majorem hostium manum esse intellexeret, & ideo suos arcere à cupiditate decernendi vellet, dixit, responso Deum se ex collibus pugnare jussum: & ita exiguo præsidio ad ripam posito accessit in colles.

Quod Thebani pro metu interpretati transierunt flumen, & cum facile depulissent præsidium, cæteros infelicitati avidius, iniquitate locorum à paucioribus victi sunt.

Scorylo Dux Dacorum, cum sciret discoriam armis ci- vilibus populum Romanum, neque tamen tentandum arbi- traretur, quia externo bello possit concordia in civis coale- scere, duos canes in conspectu popularium commisit, his- que acerrimè inter ipsos pugnantibus, lupum ostendit, quem protinus canes, omnia inter se ira, aggressi sunt, quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis profu- turo. Idem Frontin.

EXCITATIO, PROVOCATIO AD PRÆLIUM.

Vide Locum de Exercitatione.

M. Fabius & Cn. Manlius Cossidius adversus Hetruscis propter H seditiones detrectant prælium exercitu, ultra simulatam cunctationem, donec milites probris hostium coacti, pugnam depolcerent, jurarentque se ex ea victores redituros.

Fulvius Nobilior, cum adversus Samnitum numerosum exercitum, & successibus tumidum, parvis copiis necesse ha- beret decertare, simulavit unam legionem hostium à se cor- ruptam ad prodicionem, imperavit (ad ejus rei fidem) tri- bus, & primis ordinibus, & centurionibus, quantum quis- que numeratæ pecuniæ, aut auri, argenti que haberet, confer- ret, ut repræsentari merces proditoribus posset: se autem his, qui contulissent, pollicitus est, consummata victoria, am- pla, insuper præmia daturum. Quæ sua persuasio Romanis alacritatem attulit, & fiduciam: unde etiam præclara victo- ria, commisso statim bello, peracta est.

C. Cæsar adversus Germanos, & Ariovistum pugnatu- rus, confusus suorum animis, pro concione dixit, nullus se eo die opera, nisi decime legionis usum: quo consequutus est, ut decimam tanquam præcipuum fortitudinis testimonio cogeret, & cæteros puderet, ne penes alios gloria virtutis esset.

Q. Fabius

Q. Fabius, qui egregie sciebat, & Romanos ejus esse liberi- tatis, que contumelia exasperaret, & à pœnis nihil justum, aut moderatum expectabat, misit Legatos Carthaginem de conditionibus pacis: quos cum illi iniquitatis, & insolentia plenas restitisset, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

Agellus Lacedæmoniorum Dux, cum propè ab Orcho- meno focia civitate castra haberet, comperisset plerisque ex militibus preciosissima rerum deponere intra munimenta, præcepit oppidanis, ne quid ad exercitum suum pertinens re- ceperetur, quo ardentius dimicaret miles, qui sciret sibi pro omnibus suis pugnandum.

Epanimondas Dux Thebanorum, adversus Lacedæmo- nios dimicaturus, ut non solum viribus milites sui, verum etiam affectibus adjuvaretur, pronuntiavit in concione de- stitutum Lacedæmonis, si victoria potirentur, omnes vi- riles sexus interficere, uxoribus autem eorum, & liberis in servitum adductis, Thebas diruere, qua denunciatione concitatis, primo impetu Thebani Lacedæmonios expugna- verunt.

Eutidas Dux Lacedæmoniorum, pugnatu- rus eodem die, B quo classe vicereat focii, quamvis ignarus acie rei, vulgavit nuntiatam sibi victoriam partium, quo constantiores ad pugnam milites haberet.

Aulus Posthumus, prælio, quo cum Latinis conflixit, oblata specie duorum in equis juvenum, animos suorum erexit, Pollucem, & Castorem adesse dicens, ac sic prælium restituit.

Archidamus Lacedæmonius adversus Arcadas bellum ge- mens, arma in castris statuit, & circa ea duci equos noctu clam imperavit: quorum vigilia manè (tanquam Castor, & Pol- lux peregrinasset) ostendens, aditusque eisdem ipsis præliantibus persuasit.

Pericles Dux Atheniensium initurus prælium, cum ani- madvertisset lucum, ex quo utraque acies conspici poterat, densissimæ opacitatis, vastum alioqui, & Diti patri sacrum, ingentis illic itature hominem, altissimis cothurnis, & veste purpurea, coma venerabilem in curia candidorum equorum sublimem constituit, à quo dato signo pugna, provehetur, & voce Periclem nomine appellans, cohortaretur eum, di- cereque Deos Atheniensibus adesse, quo penè ante con- jectum teli hostes terga verterunt.

L. Sylla, quo parationem militem ad pugnandum haberet, prædici sibi à diis futura simulavit. Postremo etiam in conspe- ctu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum mo- dicæ amplitudinis, quod Delphis fultulerat, orabat, petebat- que ut promissam victoriam maturaret.

C. Marius sagam quandam ex Scythia habuit, à qua se di- micationem eventus prædicere simulabat.

Quintus Sertorius, cum barbaro, & rationis indocili milite uteretur, cervam candidam insignis formæ per Lusitaniam ducebat, & ab ea, quæ agenda, aut vitanda essent, prænoscere se asseverabat, ut barbari ad omnia tanquam divinitus impe- rata obedirent.

Hoc genere Stratagematicon non ea tantum parte uten- dum est, qua imperitos existimabimus esse, apud quos his utemur, sed multo magis ea, quæ talia erunt, excogitantur, ut ab his monstrata credantur.

Alexander Macedo sacrificarius, inscripsit medicamento D aruspiciis manum, quam ille exis erat suppositurus, litteræ significabant victoriam Alexandro dari, quas cum jecur cali- dum rapuisset, & à Rege militi esset ostensum, auxit animum, tanquam Deo sponte victoriam.

Idem fecit Innides aruspex, prælium Eumene cum Gallis commissuro.

Epanimondas Thebanus, adversus Lacedæmonios fidu- ciam suorum religione adjuvandam ratus, arma, quæ orna- mentis affixa in templis erant, nocte subtraxit, persuasit- que militibus, Deos iter suum sequi, ut præliantibus ipsis adessent.

Agellus Lacedæmonius, cum quoddam Perfarum cepisset, quorum habitus multum terrorem præferret, quos vestite tegitur, nudatos militibus suis (ut alba corpora, & umbrati- ca contentement) ostendit.

Gelo Syracularum tyrannus, bello adversus Pænos susce- pto, cum multos cepisset, in tirrimissimum quemque præcipue ex auxiliariis, qui nigerrimi erant, nudatum in conspectu suorum produxit, ut perterrueret contentementos.

Cyrus Rex Perfarum, ut concitaret animos popularium, tota die in excidenda quadam silva eos fatigavit, deinde po-

stridie præstitit eis liberalissimas epulas, & interrogavit, utro magis gauderent: cuique ei præsentia probassent: Atqui E per hæc (inquit) ad illa perveniendum est: Nam liberi, beatique esse, nisi Medos viceritis, non potestis, atque ita eos ad cupiditatem prælii concitavit.

L. Sylla quia adversus Archelaum præfectum Mithrida- tis, apud Pyrea pigrioribus ad prælium militibus utebatur, opere eos fatigando compulsi ad potendum ultro pugna- rum.

Fabius Maximus veritus, ne qua fiducia navium, ad quas refugium erat, minus constanter pugnaret exercitus, in cen- dis eas, priusquam iniret prælium, jussit. Frontin. lib. 1. Strat. cap. 11.

HOSTIUM DIMISSIO POST PRÆLIUM.

Gallos, eo prælio quod Camilli ductu gestum est, deside- rantes navigia, quibus Tyberim transirent, Senatus censuit transvehendos, & commeatibus quoque persequendos. Eju- dem generis hominibus postea per Pomptinum agrum fugientibus via data est, quæ Gallica appellatur.

L. Martius eques Romanus, cui duobus Scipionibus occis- sis, exercitus Imperium detulit, cum circumventi, ab eo Pæ- ni, ne multi morerentur, acris pugnaret, laxatis manipulis, & concessio fugæ spatio dissipatos sine periculo suorum truci- davit.

C. Cæsar Germanos inclusos, ex desperatione fortius pug- nantes, emitti jussit: fugientemque aggressus est.

Hannibal, cum ad Trasimenum inclusi Romani acerrimè pugnarent, diductis ordinibus fecit eis abundi potestatem, euntisque sine suorum sanguine stravit.

Antigonus Rex Macedonum Ætolis, qui in obsidionem ab eo compulsi, fame urgebantur, ita uterantque eruptione facta commori, viam fugæ dedit, atque ita infra totum impetu eorum, infelicitos, averfos cecidit.

Agellus Lacedæmonius, adversus Thebanos cum acie confingeret, intellexissetque hostes bonorum conditione clausos, ob desperationem fortius dimicare: laxatis suorum ordinibus, aperta que Thebanis ad evadendum via, rursus in abeuntibus contraxit aciem, & sine jactura suorum cæcidit averfos.

Cn. Manlius Cof. cum ex acie reversus capta ab Hetruscis Romana castra invenisset, omnibus portis statione circumdu- ctis, inclusos hostes, in eam rabiem efferavit, ut ipse in prælio caderet. Quod ut animadvertit legati ejus, ab una parte remota statione, exitum Hetruscis dederunt, & cæsius pericu- tui occurrente altero Consule Fabio, ceciderunt.

Themistocles victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, cum decussisset potius esse, eum expelli ab Europa, quam cogi ex desperatione pugnare.

Idem misit ad eum, qui indicaret, in quo periculo esset, nisi fugam mutaret.

Pyrrhus Epirotarum Rex, cum quandam civitatem cepisset, clausisque portis ex ultima necessitate fortiter dimican- tes eos, qui inclusi erant, animadvertisset, locum illis ad fugam dedit. Idem inter cætera præcepta Imperatoria memorie tradidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti: non solum, ne fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quo- que facilius acie cederet, ratus non usque ad perniciem fugientibus instaturos victores, lib. 2. Stratagem. cap. 6.

ACIEI INSTRUCIO.

Servius Tullius adolescens, prælio, quo Tarquinius Rex adversus Sabinos conflixit, signiferis tegnis dimicantibus, raptim signum in hostem misit, cujus recipiendi gratia Romani ita ardentè pugnaverunt, ut signum, & victoriam retulerint.

Furius Agrippa Cof. cedente cornu, signum militare ere- ptum signifero, in hostes Hermicos, & Equos misit: quo facto ejus prælium restitutum est. Summa enim alacritas Roma- ni ad recipiendum signum incubuerunt.

T. Quintius Capitolinus Cof. signum in hostes Phaliscos eiecit, militesque id repetere jussit.

M. Furius Camillus Tr. Mil. Consulari potestate, cunctan- te exercitu, arreptum manu signiferum in hostes Volcos, & Latinos traxit, cæteros puduit non sequi.

Salvius Pelignus bello Persico idem fecit.

Q. Furius, averso exercitu, cum occurrisset, affirmavit non recepturum se in castra quemquam nisi victorem, reductis- que in aciem, victoria potius est.







nobiscum perrexeris, dabimus operam, ne officiorum vicissitudine superemur. At Rex, Verum quibus obsidibus pollicitationibus obfirmatis? Vitam, inquit, quam contribueris beneficium tuo, fidei, constantique pignori obicimus: reddidit, quandoque flagitatis. Hæc conditionibus emissi, fidem, quam dederam, obsidatis animis egregie præstiterunt, populares suos sinceriter Macedonibus concilians. *Cælius lib. 18. cap. 33. A. L.*

Caracæus Scotorum Rex, magno animo, sed dispare fortuna per novennium Romanas opes in Britannia sustinuit. Tandem prælio victus, cum uxore, & filia, & fratribus in potestatem hostium venit: Romamque missus, magnitudine animi, & virtutis invictæ opinione, à Claudio Cæsare vita donatus, datique obsidibus domum remissus est. *H. Boetius lib. 3.*

Alphonfus Neapolitanorum Rex, & Sforzia Magnus, licet hostes in prælio, quod Ludovicus III. Andegavensis ductu Magni Sforzie ad Sebethum amnem contra Alphonfum gessit, à mutua cæde, virtutis mutua admiratione, temperant. *Jovius in vita Sforzie.*

Cum Maximilianus I. Rex Rom. Rhetiam invasisset A. D. 1499. in prima vilitatione juxta oppidum V. Verdenbergam Joannes Valius Claronenfis, solus xx. equitum cataphractorum loco opportuno impetum sustinuit, tres ipsorum equos dejecit, gladio, & hasta fretus. Viri fortitudinem admirati hostes, promissa incolumitate Veturiam deduxerunt, & diplomate ejus virtutem testati ad suos divisere. *Stumpf.*

Ferdinandus Davalus Piscarius, Cæsaris Caroli V. peditum in Italia Dux, Piffoneum oppidum munitum obseffus, dum medius inter Bustium, & Mercadum centuriones ponticulum tranfret, suæque prudentiæ, & agilitati confusus, ut qui pericula incerti eventus ingenti animo semper contempserit: hostium diligentia penè est interfectus. Tres enim sclopetarij defensorum longè peritissimi, ab occulto muri loco intenti observabant, an aliqui ex Hispanis apparerent, quos certis ictibus tormenta minora conicerent: atque ita accidit, ut cum Bustius & Mercadus extemplo graviter icti cecidissent, jam tertius in Piscarium sedulo collineans, ignem immittit: cum repente Ticinensis centurio, cognomento Fraterculus, injecta manu accensum funiculum avertit, C. alta voce inelamans: Dii prohibeant, ut hodie ducum fortissimus, atque idem militum parens, & qui nos vel hostes alit, nostra favita concidat quin potius cum servemus ut superet, qui bella ex bellis ferat, ne nobis, qui stipendia sequimur, segni in pace fame sit pereundum. Erat enim adeo propinquus arci, ut ab toto corporis habitu, & à rutila præferta barba facile nosceretur. *Jovius in Piscario, lib. 3.*

REGNA, TITULI REGII CONCESSI. Ochus Persarum Rex bellum Armeniis intulit. Erat in his castris Codomanus, homo manu promptus. Is ex provocatione in pugnam magno cum fervore progrefus, cæso hoste suis victoriam attulit, Persarumque laudem senescentem in pristinam gloriam restituit. Id præclarum facinus Ocho materiam præbuit Codomani Armeniæ præficiendi. Oe deinceps extincto, magno omnium consensu, ex præfecto, Persarum est Rex declaratus, Dariique nomen, ne quid Regiæ majestati decisset, est ei datum. Hic Alexandri Magni armis victus, regnum cum vita amisit. *Sab. lib. 4. En. 4.*

Softhenes ob fortitudinem militarem, qua solus Gallos, D. qui cæso Ptolomæo Macedoniam subegerant, cæteris despectantibus, contracta juvenute non solum sustinuit, sed Macedoniæ etiam finibus expulit, Rex Macedonum creatus est. *Sabellius, lib. 8. En. 4.*

AGRI, PRATA DATA. Caprius Veis, Senatus Rom. decrevit, ut Agri Vejentani septena jugera plebi dividerentur, & militibus, ob rem bene gestam. *Blond. lib. 6.*

Romani, cum adversus Campanos fortiter pugnassent, Latus Agri Privernati additus, & Falernus, qui populi Campani fuerat, usque ad Vulturum amnem plebi Romanæ dividitur: & bina in Latio jugera, terna vero in Falerno militibus sunt. *Blond. lib. 6. Livius lib. 8.*

Munio Scaevole præta trans Tiberim, quæ Mutia dicta sunt, ob virtutem à Rom. data sunt. Similiter & Horatio Cocleto, & insuper unius diei publica alimenta. *Livius lib. 2. & Plinius de Viris illustribus.*

JUS AGRICULTURÆ. Probus Imp. quia Galli, Hispani & Britanni contra Procu-

lum, & Bonosum tyrannos auxilio fuerant, fecit eis potestatem conferendæ vitæ, ac conficiendi vini. Ipse Almam Emmentem in Illyrico circa Smyrnum militari munio fossam vitibus conserit, & Romanis in voluptates vinum dedit. *Cusp. A. D.*

DOMUS DONATA. M. Valerius Sabinus incurfantes Romanorum agrum duobus ingentibus præliis vicit: in quorum altero 13. milia hostium cum concedisset, ne unum quidem desideravit de suis. Cujus rei præmium præter triumphos accepit à Romanis, quam publicè civitas ei ædificavit in Palatio: & cum fores illius facili aliz intro impellerentur in aperiendo, ita illarum adium effecerunt solarum fores vestibulares, ut extra reicerentur: id significantes ex hac prærogativa semper cum de publico uteretur. Græcos autem apud veteres omnes fuisse ad eum modum factas, argumento à comœdiis sumpto: quod qui in publicum sunt prodicuri, januas suas intus pulsent, & strepitum edant: quò foris, qui prægrediantur, vel pro ostio stant, caveant, ubi id audiunt, ne fores in vicum expulsi illudantur in ipsos. *Plut. in Poplicola, & Plin. lib. 36. cap. 15.*

CONJUGIA, UXORES. In expugnatione terræ sanctæ Caleb adortus incolas Dabir, F. Axam filiam suam promisit in matrimonium ei, qui urbem expugnasset. Othoniel itaque Cenez fratris Caleb. F. oppidum cepit, & Axam in matrimonium duxit, quæ gemebat inter eundem ex affino. Et à Caleb interrogata, quid haberet? respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem, & arenam dedisti mihi, junge & irriguam. Deditque ei Caleb irriguam superius, & inferius. *Jos. cap. 15.*

Apud Carmanos nemini licebat uxorem ducere, nisi prius caput occisi hostis ad Regem detulisset, Rex interfectorum calvarias in Regia locabat. Linguis vero faucibus exertas, & minutatim concissas, panemque permixtas illis porrigebat degustandas, qui attulisset. *Ravissus.*

Apud Sauromatas nulla virgo nubit, priusquam aliquem hostium interemerit. Ideoque nonnullæ earum decedunt jam vetulæ, antequam nubant, quòd legi satisfacere nequeant. *Herodot. lib. 4.*

Apud Tapyros, qui habitant inter Derbiccas, & Hyrcanos, qui fortissi. judicatur, quam vult, ducit. *Strabo lib. 12.*

Sub Roberto II. Scotorum Rege, Guillelmus, Archim. G. baldi Douglas à Gollovidia filius, cum duobus sodalibus in exurendis suburbanis Carleili magnam militum stragem edidit, quosdam pontis transitum prohibentes cæcidit, alios in flumen deturbavit: votique compos factus, cum idem illud locum obfidione ab Anglis cinctum esset, eruptione facta captus, & à quatuor ductus, duos eorum pugnis in terram percussos præcipies dedit, aliosque fugientibus ipse ad suos salvus revertitur est. Et juvenis virtute permotus Rex, filiam ei suam Agidiam, forma ea ætate omnes mortales superantem, dedit uxorem. *H. Boetius lib. 16.*

CAPTIVI REMISSI. Græci sortiti captivas Trojanas, Agamemnoni Castandram, Andromachen vero Hæctori uxorem, Neoptolemo Achillis filio munus honorarium dederunt: Polyxenam vero, filiam Hecubæ, quam unicam malorum solamen adhuc habebat residuam, ad sepulchrum Achillis mactarunt. *Eurip. in Troadib.*

Porfena Rex Hetruscorum, Cæliæ Romanæ indolem miratus optionem virginis dedit, ut ex maribus, quos obides acceperat, certum sibi deligeret numerum: fore, ut quos illa sibi dari poposcisset, cum eo domum remitteret. Impubescentes adolescentens petiisse dicitur, & quòd ætas illa virginali pudori conveniens esset, & aliena injuriæ magis obnoxia. Donata adhuc equo phaleris ornato. Quod in causa esse potuit, ut equestris sit illi Romæ statua constituta. In summa Via facta, fuit virgo invidens equo. *Sab. lib. 7. En. 2.*

PRÆDA CONCESSA. Vetus est heroum quoque temporibus usurpatum mos, ut cum respub. aliqua, Rexque victoriam consequutus est, oppidumque aliquod dives expugnavit, ex omni acervo prædæ quæ coacta est, partem fumat, & illam quidem elegantiorē, præstantioremque, ætipia ornate eos, qui magnopere utiles in bello fuerunt: sortemque in eo facto operam suam præbuerunt: cum reliqua præda, sorte ducta, universis copiis illis, exercituique dividatur. Sic Virg. 1. 10. *Æneid.* Afcanium spe prædæ selecta Nisum animat. Idem apud Euripid. in Troad. Troja capta, Neptunus narrat e numero omni captivarum nobiliores extra sortem assignatas

signatas esse principibus illius exercitus, Castandram, Andromachen, Polyxenam. Idem apud Homerum reperitur, cum occidit, Hecadem, Regis Arfino filiam, Achivos in expugnatione Tenedi extra sortem Nestori dedisse: quia senex ille omnibus consilio, sapientiaque præfaret. *Victorius lib. 26. Variar. lib. 8. c. 1.*

MUNERA, DONA QUÆ LIBET DATA. Indi veteres nulli in exercitu prædam impartiebantur, qui occisi hostis caput non restitisset. *Fulg. lib. 2. c. 1.* Malfames Megadostis F. à Xerxe Rege Dorisici prætor in Thracia constitutus, eum fugato Xerxe oppugnantibus Græcis locum illum acerrimè defendisset, meruit, ut quotannis à Xerxe, & qui patri successit Artaxerxe dona acciperet. *Herodot. lib. 7.*

Apud Græcos, Duces in bello coeuntes, in concilio agitant, & sententias decernunt, quis primum, quis secundum de pulsas hostium copias longius egerit, & quo præmio, ac honore dignus sit: dignosque amplissimis virtutum præmiis ornant. *Alex. lib. 4. c. 8.*

Apud Argivos ex militia reversi Duces, cum militum B. agmine, totoque exercitu in Chadrado extra urbem conciliabulum advocant: ibique de militaribus donis, quæ cuique deberent, Opratum consensu decernunt. *Alex. lib. 6. c. 6.*

Tarquinius Prisci Regi F. Ephebus, propter hostem manu fortiter occidit, prætæta, & bulla aurea à patre donatus fuit. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 6.*

Catonem proavum dona militaria sæpius refert M. Cato major obtinuisse: ac cum bellatores equos quinque amisisset in conficiendis, pretium ei ex arario Romano virtutis causa redditum. *Plut. in Catone Major.*

ALIMENTA HONORIFICA, NECESSARIA. Πολυκαρπὸς ἡγεμὼν ἦν: id est, Polycrates matrem pascit. Narrat, Polycratem Samionum tyrannum, matrem militum, qui in bello interissent, recensuisse, casque locupletioribus civibus nutriendas tradidisse, unamquamque his commendantem verbis: *οὐκ ἔστιν ἄλλο δὲ δῶκεν: id est, Hanc tibi do matrem. Xenophon, & Evastus.*

Solonis legibus apud Atheniensis cavebatur, ut præter ea dona, quæ militibus Duces impartiri fuerant, illorum filii, qui bello occubissent, collegit, & unà cum suis liberis patrii disciplinis instruerentur. *Alex. lib. 4. c. 18. ex Arist. lib. 2. Polit. cap. 8.* Simile fuit Hippodami Milefii legislatoris institutum, eodem esse.

Pisistratus legem scripsit: inter quas est illa, ut mutilati in bello ex arario alantur. Cæterum id Heraclides ait, cum ante in Terfippo membristruncato Solon decrevisset, Pisistratum imitatum. *Plut. in Solone.*

Gallis Capitolium obfidentibus, unius M. Manlii virtute Capitolium servari contigit. Ea res Servatorum ipsi cognomen dedit, ut Capitolinus sit jam inde dictus. Univerfi, qui in Capitolio erant, singuli sibi libram faris, & quartarium vini, suo quique le victu fraudans, ad Manlii ades congestere, argumento charitatis memorabili, si ferum inopiam, quæ tum fuit, consideret aliquis. *Sab. lib. 1. En. 4.*

Penno provincie Foro julii præfectus, omnes pupillos, quorum patres in bello Sclavonico, in quo Ferdulphus antecessor, ejus belli auctor, cum universis copiis ad interfectionem cæsus erat, occubuerant, collegit, & unà cum suis liberis patrii charitate, & studio educavit. *Bonfin. lib. 8. Dec. 1.*

D. VECTIGALIA, TRIBUTA. Hispaniæ Rex Ferdinandus, rebus Granatæ compofitis, Conslavum Magnum, felicis indultitæ merito, amplissimo, & certo reddito, qui ex ferici bombycis vectigalibus exigitur, liberalissimè donavit. *Jovius in Consalvo.*

Eo bello, quo Joan. Bohemici Rex in Gallia ab Anglis cæsus est, ferunt cum duobus cænis aureis, quas collo gerebat, ab Henrico Ferreo Holstiaie comite captum, extractumque acie fuisse: sed invidentes Anglos gloriae fortis viri, in manibus Henrici Regem extinxisse. Hoc certum est, Henricum eam in prælio navale cum suis militibus operam, ut Regi Angliæ in reliquum percharus effus, acceptis ab eo literis, ut cum omni posteritate annos acciperet à Rege quadringentos aureos majores (Nabulos vocant) si modo per singulos annos ille, sui que Regi sua præstantem obsequia. *Crantz. lib. 9. Sax. c. 23.*

TITULI MAGNIFICI. Clodoveum Francorum Regem, victis Alemannis idololatris, & V. Igothis Arianis, Analfatus Imp. Græcus Consulem

& Patricium creavit: qua tituli majestate secundum Cæsarium decus nullum majus, excelsive fastigium excogitari E potest. Misi Consulatus insignia, sellam curulem cum fascibus: aureamque coronam gemmis distinctam, quam Clodoveus Romani ad Templum Lateranense misit. *Æmil. lib. 1.*

Fridericus I. Imp. Ladislavus Bohemici Ducem, quòd fidelem sibi in bello Italico navasset operam, Regem designavit, ea tamen lege, ut *Aventin. A. D. ex diplomate Imperatoris* refert, ne ea dignitas ad posterum tranfiret, sed ei honori successores exheredes foret.

Corboredus II. Galdus cognomine, Scotorum Rex, patriam à Romanorum jugo liberavit. Ejus proinde memoria Scotti dedere, ut Brigantia regio mutato nomine, Galdia deinceps à Principe appellaretur, quòd illic Romano bello per quinquaginta annos continuo finem imposuisset. Manet nostra atate regioni nomen Gallovidiæ, paulum vocabulo mutato. *H. Boetius lib. 6.*

VACATIO MUNERIS. Lacedæmonii cives habebant *ἀπαδοσπῶν* dictos, quasi tu dicas Benemeritos: qui cum equestri militia perfuncti essent, tandem quini quotannis vacationem muneris consequerentur. *Plut.*

LIBERTAS DATA. Hannibal in Iberia magnam civitatem Salmatidem oppugnabat. Rogabant Barbari, ut sibi liceret amictis una veste cum uxoribus exire: arma, pecunias, & mancipia se restituros. Uxores in finibus gladios occultantes, cum viris exierunt. Hannibalis milites urbem diruperunt. Mulieres egressæ, maritis cænes tradiderunt: quædam etiam ipsæ strictis gladiis cum viris simul in eos, qui civitatem vastabant, impetum fecerunt. Itaque alios ceperunt, alios in fugam coniecerunt, & conferent ex urbe excurrerunt. Hannibal mulierum fortitudinem admiratus, non solum illas maritis reddidit: verum etiam patriam, & pecunias eis restituit. *Polyenus lib. 7.*

CULPA CONDONATA. Tarrias, cum às alienum susceperet Alexander Macedonum, dissolveretque pro omnibus, obaratum mentis se, producto apud mensam, qui se afferret ejus creditorem: mox deprehensus, tantum non manus sibi ipse attulit: nisi re cognita Alexander exemisset eum noxæ, & arguentem ei condonasset: recordatus, oppugnante Perinthum Philippo, sagitta in oculo ictum, non ante eximi celum præbuisse, vel sustinuisse, quam hostes prolisgasset. *Plut. Orat. 2. de Alex. fort.*

LAUDES, ENCOMIA. Apud Lacedæmonios, qui se in bello strenuos præbuisent, & occubuisent, oliva, & aliis ramis redimiti, laudibus vebantur: qui vero perfectam, & absolutam virtutem præstiterint, ii etiam amicti purpura, gloriose sepulchris mandabantur. *Ælian. lib. 6. de Var. hist.*

STATUÆ ERECTÆ FORTIBUS. Argivi Telefillam poetriam, ob liberatam patriam à Clodomis obfidione, statua honorarunt. *Pausanias in Corinth. Consule Tit. Statuarum.*

CORONÆ. *Vide Locum particularem in litera C.* A. Posthumius Dictator apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis, ei, cujus maxime opera capta essent, (nomen non tradit) lauream coronam primus ex præda dedit. Item L. Lentulus Cos. Serg. Cornelio Merendæ, Sannitum oppido capto. *Plin. lib. 33. c. 2.*

T. Manlius ob fortitudinem, qua Gallum quandam ingentis staturæ, Romanos provocantem ad singularem certamen, duello prostraverat, aurea corona, & torque aureo hostis à Dictatore donatus fuit. Unde etiam Torquatus dictus est. *Sab. lib. 3. En. 4. & Gell. lib. 9. c. 13. ex Q. Claudii Quadrigarii lib. 1. Annal.*

Petrus Aragoniæ Rex, in ulteriores Hispaniam contra Mauros auxilium Regi Castellæ Alphonso IX. tulit: & devictis Saracenis victoriam insignem reportavit. Hinc Romam profectus, corona panis azymi ab Innocentio Papa III. in Ecclesia S. Pancratii coronatus est. Postea vero Roma instructo exercitu discedens, contra Simonem Dominum Montifortis, & Tolosanum Comitem progressus, habito conflictu eos devicit: in quo dum Gallos fugientes à suis longè remotus insequitur, ab hostibus intercepit, occisus est ann. 1213. & Regni sui 17. *Tarapba de Regibus.*



PRÆMIÆ SEDES CONCESSÆ.

A Lacedæmonæ victores factis certaminibus præcipuum locum in acie habebant, ut ante Regem locati pugnarent, atque exanimantibus unus equus in confortium venit coronæ, & certaminis: quod comparatus solus sit, & exercitatus ad confitentibus assistendum, & unâ cum iis pugnam capefendam. *Plut. lib. 2. Quæst. conviv. 5.*

CONVIVII HONOS.

Scythis mos erat, his, qui hostem superasset, semel annis singulis crateræ regio vinum bibere, quod victoribus circumferrebat, qui verò pluribus casibus victor fuisset, duobus calicibus potare. *Herod. lib. 4.*

Ubi T. Sempronius Gracchus Volonum opera Hannem ad Beneventum superavit, eosque libertate donavit: Beneventum reversi, per jocum, & epulas, cum multa lætitia, à Beneventanis in publicum prolatas, festum diem egerunt. Omnes in propatulo, Gracchi permisso, epulati sunt, volonesque hilaris convivium reddidere, qui capitis alba lana velatis accubantes, quibusdam ( ut iussi erant ob ignaviam ) stantibus convivati sunt. Hanc celebris diæ speciem Gracchus, posteaquam Romam rediit, figurari iussit in ade Libertatis, quam pater ejus in Aventino ex multatitia pecunia faciendam curavit, deditaque. *Sab. lib. 3. Enn. 5.*

Gothis in more erat, ut Regum filii cum patre non prius cibum fumerent, quam fortitudinis suæ bellicæ testimoniū ab externo aliquo principe lussent. Itaque dum Longobardi Odinum Regem suum monerent, uti Alboino F. qui Thorifmundi Gepidarum Regis filium acie victum interemerat, convivii honore dignaretur: non prius acquiescere voluit, quam Regis alicujus externi iudicio filium armorum iure donatum videret. Ergo Alboinus magna confidentia ad Thorifmundum profectus, ingenii, & virtutis sui commendatione hostem ita movit, ut cum mensæ suæ adhibuerit, & ad dexteram suam, eo loco, quo filius suus ab Alboino interfectus sedere consueverat, collocarit: magna quidem virtutis ipsius testificatione, sed non minore doloris sui ob filii necem significatione. Proceres certè cum altero filio Alboinum è medio sustulissent, nisi Thorifmundus plus hospitali fidei, quam privato, vel etiam publico dolori dandum putasset. Ergo incolumis ad patrem remissus, cum ab hoste virtutis suæ testimoniū afferret, à patre porro publicis epulis adhibitus fuit. *Paul. Diac. lib. 1. cap. 23.*

TIBICINIS HONOS.

C. Tejo ( alii Patrejum vocant ) primipilo Atinati, quod in bello Cimbrico cunctantem primipilum interfecerat, ipseque atrepto vexillo, per castra hostium eruperat, exercitumque incolumem eduxerat, præter gramineam, ut prætextatus ad tibicinem immolaret, foculo accenso, à Romanis concessum fuit. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 18.*

C. Duellio, quod navali prælio Carthagenensium classem fudit, præter curulem sellam, ut quoties à cæna rediret, funale præferretur, & tibicin præcineret, concessum à Romanis fuit. *Alex. lib. 4. c. 11.*

FORTITUDINI POLITICÆ DATA

PRÆMIA.

Septem Persis, qui Magos interemerant, eorumque posteritati concesserunt Persæ, tiam anteriore capitis parte gestatæ. Quo quidem signo, quando facinus illud agerēdebantur, sunt usi. *Plut. in Præceptis politicis.*

VIRGINITATI HONOS HABITUS.

Cum Madianitarum omnes mares in bello cecidissent, & prædam maximam feminarum, atque puerorum Israelitæ in castra duxissent: Moyses feminas omnes venerem expertas, quod illæ Israelitas ad fornicandum pellexissent, unâ cum filiis in puberibus occidi iussit, solis virginibus pepercit. *Num. 31.*

Jubenfes, quod non interfuissent prælio cum reliquis Israelitis adversus Benjamitas, cum suis feminis, & parvulis ad interiectionem cæsi sunt ab Israelitis: quadringentæ tantum virgines conservatæ fuerunt, ad Tribus Benjamiticæ reparationem. *Jud. 21.*

Apud Eleos virginibus ludos Olympios spectare licebat: matronis non item. *Pausan. lib. 6.*

Legimus, raptas plerumque feminas, dimissas esse ab infensissimis militibus, tantum respectu virginis nominis, quod videlicet virginis se esse affirmarent, nefas enim existimabant, propter brevissimam, & momentaneam delectationem umbram, tantum bonum imminere, malebatque uniusquis-

que tanti facinoris auctorem quemvis potius esse, quam se. *Lud. Virges de Christiana femina, lib. 1.*

Cum Otho IV. Imperator Florentie esset, & inter multas forinæ, atque ætatis flore insignes feminas Gualdratam Bertham plurimum laudaret, puellæ pater, qui aderat, Bellincionis nomine, obtulit: Facturum se, si ita ejus ferret animus, ut deosulanda puellæ copiam haberet. Quod cum puella audisset, respondissetque, nullius unquam, nisi ejus, qui vir suus foret, suavius accepturam: adeo modesto principi ea res placuit, ut eam in matrimonium Guidoni Germano locarit, virtute, & generis nobilitate insigni: & totam eam vallem, quæ sub Casentini nomine in Aretino agro censetur, cum Comitatus honore dono utrique dedit. A quibus postea familia manavit, quæ Comitum Guidonum nuncupata est. *Fulg. lib. 6. cap. 1.*

CASTITATI.

Olitoris Ægyptii uxor propter pudicitiam, quod inter Ægyptias mulieres sola casta fuerat inventa, à Pherone Sesostris F. Ægyptiorum Rege Regio thalamo digna iudicata fuit. *Herod. lib. 2.*

Alpasia Hermotini filia Phoenicis, propter pudicitiam à Cyro minore pro uxore habita fuit. Introducitur enim cum aliis quibusdam mulieribus ad Cyri cœnam, cum ceteræ accubentes, alludente illo, & contrectante ipsas, falsæque tacite, comitentem ejus lætæ experirent: illa lecto assitit jacente, acriter non paruit Cyro. Parantibus adducere ipsam cubicularis: Væ ei, inquit, mihi, qui admoverit manus. Eo factò Cyrus cepit propensius in eam esse, amavitque eam supra omnes, ac sapientem appellavit. *Plut. in Artaxerxe, & Ælian. lib. 12. Var. hist.*

Eubatz Cyrenensis uxor maximam statum Cyrenæ crexit, qui Laidis meretricis commercium evitasset. *Ælian. de Var. hist. lib. 10.*

Apud Rom. quæ uno viro contentæ erant, quæque matronale decus servassent incolume, haud aliter quam pudicæ corona donabantur. *Alex. lib. 4. c. 8.*

FRUGALITATI.

Ruth Moabitica spicas legens, post messorum ægrem Booz, cum tenui victu inter messorum contenta esset: ejus frugalitas G videtur Booz, eam in uxorem duxit. Non dubitabat enim vir de ejus pudicitia, ejus frugalitatem, & sobrietatem expertus fuerat. *Vide historiam Ruth.*

LIBERTATIS PRÆMIA.

Persico bello, cum in Attico agro cum Mardonio confilgendum esse, Delphicum oraculum monuisset, neque tam loci ea videretur opportunitas, ut feliciter contra Persas pugnare possent, sed Platænsis ager commodior esset: Platænses, ut publicæ totius Græciæ salutis ius etiam damno consulerent, agrum suum Eleusine Cereri dono concesserunt, ut hæc donatio Atticus efficeretur, & oraculi auctoritati nihil derogaretur, Victores Græci, palnam viduæ Platænsibus tribuerunt, & præcipua XXC. talenta dederunt, ex quibus Templum Junonis exstruunt. Delectu item habito ad bellum cum Persis gerendum, Platænses sacrosanctos esse, & ad sacra Deo pro Græcia faciendâ relinqui volvere. *Plut. in Aristotele.* Idem factum multis post annis ita laudavit Alexander Magnus, ut præter multa Platænsibus collata beneficia, etiam multos eorum dituros suis sumptibus H refici curavit, & per præconem Olympiis pronunciarit: Hanc se gratiam virtutis, & magnanimitatis ergo referre Platænsibus, quod Græcis bello Medico essent agrum firmo largiti, promptissimamque operam navassent. *Plut. in Aristotele, & Alexandro.*

Licio Sura, qui populo Romano gymnasium suis sumptibus edificaverat, Trajanus Romanorum Imp. statum collocari iussit. *Dion. Niceus.*

Martinus V. Pontifex Maximus, è Colummensium familia natus, cò quod ex operibus publicis ætatum Basilicæ Petri restituerit, pavimentumque Basilicæ Lateranensis extruxerit, defunctus in medio Templo sepultus est à Rom. cum gena statua. *Volat. lib. 12. Antrop.*

CLEMENTIÆ PRÆMIA.

F. Iosephus historicus in bello Judaico captus, & servatus, Vespasiani primum, deinde Domitiano Imper. gratissimus extitit: ea de causa postissimum ( ut ipsemet in vita sua testatur ) quoniam humanissimus semper, & in vindictâ exigenda clementissimus fuerit.

Casimirus II. Poloniae Princeps, privatus adhuc, cum aulico quodam

quodam suo equite, Joanne Conario, alea ludebat, animi oblectandi gratia. Incensus uterque vincendi studio, in profundam noctem ludum produxit. Peracti deinde ludi, & vigiliarum, uno factu summam reliqui lufere. Vincentem Casimirum, & quod lucratum erat argenti non modicum auferentem, palma manus in faciem Conarius verberavit. Casimirus eam injuriam æquo tulit animo, & eique & argenti omne, quod ludo quaesierat, reddidit. Hæc animi moderatio Casimiro ad Poloniæ regnum viam stravit: quando Micicislai fratris tyrannidem proceres Poloni perosi, hoc æquanimittatis exemplo summam rerum ei tuto committi posse non male sunt arbitanti. *Cromer. Pol. hist. lib. 6.*

VERITATIS, ET LIBERTATIS IN ACCUSANDO, DEFENDENDO, CONFITENDO, PRÆMIA.

Solebat Amasis, antequam ad Regnum evheretur erat, quotiescunq; potantem, ac oblectantem se necessaria defecissent, circumcundo furari. At cum reposcitur ab his, qui dicent eum ipsum habere pecuniam, ac negaret: adducebatur ad oraculum, quodcumque eo in loco esset: & frequenter ab oraculis convictus, frequenter absolutus fuit. Posteaquam verò regnum affecutus est, quicumque dii cum furti abolverent, illorum templa neque curæ habuit, neque ulla re donavit: tanquam nil mererentur, quod redderent falsa responsa. Qui autem pronunciarerant furem, hos tanquam verè deos, nec mendacia reddentes oracula, maxime coluit. *Herod. lib. 2.*

Apud Athenienses lege olim sancitum fuit, ut qui maximi criminis reus ageretur, si faceret admiffum, impunitate donaretur. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5.*

Macedonum Rex Philippus, cum subhaftationis quorundam captivorum inspector esset, veste supra genua collecta ferebat. Cum autem captivorum unus rogaret, ut eum liberare Philippus vellet, quia amici ejus fuerat filius: petiit Philippus, ut nomen exprimeret. Cui cum captivi ipsi soli id se dicturum respondissent, vicinior factus hoc uni dixit: Vestem, Rex, quam supra genua collegisti, dimitte: neque enim ita sedendo decorem servas. Quo verbo auditò, Philippus statim vestem demisit, & captivum statim liberavit. *Fulg. lib. 5. c. 2.*

Eundem, cum anus accessisset, ut causam ipsius cognoscere: respondit, sibi nequaquam esse otium. Cumque anus inclamasset: Proinde nec Rex quidem esse velis. Philippus admiratus ancillæ liberam vocem, non illi solum præbuit aures, verum & aliis quoque. *Plut. in Regum & Imp. apoph.*

Idem Diogenem captivum ad se in castra deductum cum interrogaret, quinquam esset? respondissetque illi: Exploratorum se ad ipsum profectum, ut infatiablem ejus rapacitatem videret: ejus libertate dicendi victus, statim dimitti iussit. *Fulg. lib. 6. c. 2.*

Alexander Magnus eversis Thebis, Timocleam Thebanam feminam, quæ Præfectum Alexandri ad intentatum sibi stuprum in puteo lapidibus obruerat, ob fortitudinem, & libertatem dicendi liberam abire iussit. Interrogata enim à Rege, Quenam mulier esset? forem se esse Theagenis ejus, qui dimicasset acie pro libertate Græcorum contra Philippum, respondit. *Plut. in Alexandro.*

Theste, Dionysii Majoris soror, requisita à Dionysio fratre, cur conscia fugæ viri id sibi non denunciaisset, inrepede respondit: Adeone tibi videor, Dionysii, improba fuisse uxor, & ignava, ut fugæ viri præcisa cum non essem comitata, atque in societatem venissem ejus foretum? Verum haud præcivi. Nam equidem malim, me Polyxenæ uxorem, quam tuam tyranni forem appellari. Hanc dicendi libertatem admirati Syracusani, reliquerunt ei post eversam tyrannidem dignationem, & cultum regium: ac defunctam civis publico funere extulerunt. *Plut. in Diogene.*

Herodes Antipatro Judææ Præfedi F. cum multa insolenter ageret, accusatur apud Hircanum Regem Judæorum. Is eum ad dicendam causam vocat, accusantibus eum latronum, quos indidit causa occiderat, matris, Herodes armata manu ad iudicium venit. Ibi omnibus metu silentibus, Sameus Pharisæus, vir pius, & iustus exurgens, Herodem in primis reprehendit, qui armatus in iudicium venisset, non tam rationibus, quam armis sese delenturum. Deinde verò Regem ipsum Hircanum, & Judæorum Senatores, qui tantam licentiam Antipatro, epulæ filii permisissent, & non obscuram ad regnum occupandum viam dedissent. Prædidit item fore, ut ab ipso reo, quod nunc abolverent, miseris modis torqueatur. Id quod non multo post accidit. Herodes enim iudicii

hujus invidia contra Hircanum arma movit, & à Senatu Romano Rex appellatus, omnes eos, qui ei iudicio interfuerant, E cruciavit: ioli Sameo propter libertatem dicendi pepercit. *Ioseph. lib. 14. c. 18.*

Cn. Pompejus, cum in Sicilia iussu Syllæ in civitatem quandam animadversurus confedisset, rogatus à sene quodam, ut reos prius audiret, ne juxta nocentes, innoxique plecterentur: cum Pompejus in questionem attripuit. Tum ille seipsum ultro est delectationis auctorem fassus, quando id flagitium civibus persuasisset fuis. Ergo dignus à Pompejo iudicatur, qui ob eam fiduciam non sibi solum, sed universæ etiam civitati veniam impetraret. *Sab. lib. 3. Enn. 6.*

Mithridates Rex, Pomponium Rom. Luculli equitum magistrum, ad se faucium perductum interrogabat: An gratiam sibi, si salvus esset, vellet reddere? Ille, siquidem Luculli amicus fueris, perdignam: si hostis, nullam. Quo dato responso, Regi suadabant Barbari, ut illum interficeret. At is: Non æquum est ( inquit ) virtutem à felicitate destitutam despiciere. *Cælius lib. 29. cap. 17. A. L.*

Rusticiana, Symmachi Romani à Theodorico Gothorum Rege interfecit filia, post Regis interitum suis civibus auctor fuit, ut ad abolendam Barbari memoriam ejus statue tollerentur è medio. Cujus facinoris accusata apud Totilam ejusdem gentis Regem, non solum non inficiata est, sed tam constanter eam confessâ, ut nihil æquè illi profuerit ad salutem, ac constantia; quam miratus Barbarus, eam causam improbare, tantam tamen indolem venia dignam censuit. *Sabel. lib. 3. cap. 6.*

Adolphus Comes Nassoviensis antequam eligeretur in Rom. Regem, uno conflictu quinque excellentissimos Ducis Brabantia Satrapas prostravit. Captus ipse, & à Duce rogatus, Quis esset Comes sum, inquit, Nassoviarum Dominus non magnarum. At tu quis es? Sum, respondit, Dux Brabantia, quem bello persequutus es assiduo, ac cui quinque Duces strenuissimos occidisti. Tum Adolphus: Miror, inquit, quomodo ensem meum evaseris, quem in te acui, quæcunq; pro omnibus occidere geliebam. Dux Brabantia, quæcunq; liberam hominis vocem liberum dimisit: muneribusque honoratum, in familiaritatem suam accepit, promittens sese ei stipendiarium futurum. *Cuspin. A. D.*

HUMILITATI, SUPPLICATIONI, DATA PRÆMIA, G PIETAS ERGA SUPPLICES SESE EXERIT. AUXILIANDO.

Jolæus, filius Iphicli, è forere Herculis natus, in juventute Herculi militanti, & pugnantem contra varia monstra individuum Comes affuit: & post obitum etiam ejusdem liberos nonquam deseruit. Cum enim Eurytheus Rex Græciæ, qui ex instinctu Junonis Herculem variis certaminibus objecerat, eo fine, ut aliquando periret, liberos quoque Herculis jam mortui persequeretur: cum iis Athenas profectus, atque ibi ad aram confugiens, Atheniensibus supplices factus est. Demophoon filius Thefei, cum præco Copreus ab Eurytheo missus, per vim ab ara supplices abstrahere, & interficiendos ad Eurytheum perducere vellet: Heracidarum defensionem suscepit. Consulatus Vatibus responsum accepit: Tunc victoriam penes se futuram, si puellam aliquam de familia nobili mastraret. Cunctantibus cunctis, Macaria filia Herculis, ut civitati deinde, & fororibus, & fratribus suis bene esset, mortem sponte sua obtulit. Athenienses igitur victoria potiti sunt: capto à sene Jolæo, ipso Eurytheo: qui vivus ad Alcmænam matrem Herculis jam senio, & dolore confectam adductus est. *Euripides in Heracleis.*

Platænses cum à Thebanis premerentur, primum Cleomeni Anaxandridæ, Regi Spartanorum, se dederunt. Sed Spartanis renuentibus, Atheniensium auxilium imploraverunt. Qui causa Platænsium suscepta, Thebanos vicentur. Hanc ob causam Platænses quoque, ut qui Athenienses jam essent, in pugna ad Marathonem soli ex omnibus Græcis Atheniensibus supplicias tulere. Et hinc factum, ut ab ea pugna, quoties Athenienses hostias in panegyriis, quæ quinto quoque anno fiunt, immolant, præco Atheniensis conceptis verbis præceat bona Atheniensibus pariter, & Platænsibus. *Herodot. lib. 6.*

Conspirantibus cum Thebanis vicinis contra Spartanos Lacedæmonii, cum multis in Leuctrica clade amissis, non paucos etiam ex aliis pugnis desiderarent, quò se vertentem, non habebant. Quamobrem coacti sunt ad Atheniensium opem